



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 117. Monasteriensis Synodi Diæcesanæ decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

## §. CXVII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1712.*Monasteriensis Synodi Diœcesanæ  
decreta.*

Eodem hoc anno Arnoldus de Met-  
ternich Monasteriensis Episcopus  
denuo & quidem die octava Martii &  
undecima Octobris Monasterii Diœce-  
sanam habuit Synodum, in qua præ-  
cepit, ut parvuli, quamprimum fieri  
poterit, ad Baptismum deferrentur:  
decrevit etiam, ne quis Sacerdos etiam  
cum Superioris venia Sacrum faciat  
cum capillitio, cui pulvis cyprius est  
asperfus, aut quod corona Sacerdotali  
careat, ne hic pulvis decidens specie-  
bus Eucharisticis admisceatur. Sta-  
tutum quoque, ut in vigiliis festorum  
compulsatio campanarum ultra horam  
nonam vespertinam, & mane in die-  
bus festis ante officium non ultra unius  
horæ spatium, neque per diem ultra  
finem Officii Divini protrahatur: pro-  
hibitum quoque, ne post sepulturam  
in domo mortuali vinum, vel alii li-  
quores ministrentur. Denique districte  
rursus mandatum, ne quis ad Ordines  
promoveatur, nisi prævio juramento  
secundum formulam Innocentii X. &  
Alexandri VII. in sensu Constitutionis:  
*Vineam Domini.*

Hartzht. 10.  
Conc. Germ.  
pag. 375.

Hh 5

§. CXVIII.